

ad hoc jam oris, ut me ab hujus veri luminis abstractas claritate? » His videlicet querimonios noctem, quam contemplanando transegerat, brevitate accusans, et solem ab oratione abstractentem, et ad aliquam necessariam occupationem vocantem compellans. Vere jucunda vita, quæ vitam mortalem abbreviat, non aliquid ex ejus spatiis demendo, sed mentem nostram summis voluptatibus inessendo: jucunda vita, qua Deo inhaeremus, et f. l. i. immense suavitate immergimur. Quid enim prohibet, o homo, licet inter mundi hujus miseria commoreris, illud Ambrosii dicere: « Potes et hic esse et adesse ad Domi-

num, si illi adhaereat anima tua, si post ipsum cogitationibus tuis ambules, si fide non spee vias ejus sequaris, si ad ipsum confugas. Est enim refugium et virtus, cui David: Ad te confugi, et non sum deceptus. » Ita S. Ambrosius, *De Fuga sæculi*, cap. viii.

Anagorice, Beati in celo non recedantur dolorum et laborum presentis vite, ita ut eos sentiant et delectant, quia Deus immensa lætitia implet cumulatque corda eorum, quæ omnem excludit dolorem, metum, tristitiam, curam etc., juxta illud: « Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. »

CAPUT SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit ostendere vanitatem et ærumnas avari, qui cum bonis abundet, tamen avare genium suum defraudat, et sæpe bona tanto studio collecta extraneo relinquit: unde eo meliorem pronuntiat abortivum, atque odit vanitatis ejus et infelicitatis argumenta. Eandem materiam tractavit præced. capitibus; quare hic breviter ero.

1. Est et aliud malum, quod vidi sub sole, et quidem frequens apud homines: 2. Vir, cui dedit Deus divitias, et substantiam, et honorem, et nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud; hoc vanitas et miseria magna est. 3. Si genuerit quispiam centum liberos, et vixit multos annos, et plures dies ætatis habuerit, et anima illius non utatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat: de hoc ego pronuntio quod melior illo sit abortivus. 4. Frustra enim venit, et pergit ad tenebras, et oblivione delebitur nomen ejus. 5. Non vidit solem, neque cognovit distantiam boni et mali: 6. etiamsi duobus millibus annis vixerit, et non fuerit perfruitus bonis: nonne ad unum locum propeant omnia? 7. Omnis labor hominis in ore ejus: sed anima ejus non implebitur. 8. Quid habet amplius sapiens a stulto? et quid pauper, nisi ut pergat illic, ubi est vita? 9. Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias; sed et hoc vanitas est, et præsumptio spiritus. 10. Qui faturus est, jam vocatum est *מורא* ejus: et scitur quod homo sit, et non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. 11. Verba sunt plurima, multaque in disputando habentia vanitatem.

1. EST ET ALIUD MALUM (Septuaginta *νομιμία*, id est *malitia*, id est miseria, afflictio), quod vidi sub sole, ET QUIBEN FREQUENS APUD HOMINES. — Hebræa, *multum super homines*; Chaldeus, *super filios hominum*; Symmachus, *opud homines*; Arabicus, *sub celo*; Septuaginta, *sub homine*, quia scilicet homines sponte illi incubant, et in eo jacent, ut videbimus velle esse mali, id est vani et miseri, sicut scabiosus gaudet fricando suam scabiem et pruritus, esto per hoc scabiem suam foveat et auget. Idem malum est *super hominem*, quia illi dominatur illumque cruciat et vexat. Unde Tigrina vertit, est malum principatum obtinens inter homines. Alius, est malum multum magnum opud homines.

Vox *aliud* non est in Hebræo, Græco, Syro, Arabico, sed explicationis gratia ab interprete additum. Significat enim aliam avaritiæ ærumnam, et vanitatem distinctam ab ea quam recensuit capite præced. vers. 12, scilicet, quod opes sæpe congregentur in malum divitis, et avaritia perdat avarum herum suum. Hic ergo aliam ejus vanitatem, sive vanitatis speciem attingit, scilicet quod avarus inter opes suas egeat, easque alieno, qui eas prodiget, relinquat. Licet enim in fine cap. præced. dixerit ingens bonum et Dei donum esse suis uti et frui, tamen contrariam avari vanitatem, qui suis non audet uti, non recensuit, quod proinde hic facit.

Porro avaritia hæc æreus est apud homines.

præsertim Judeos, quibus hæc scribit Salomon. Unde etiamnum videmus Judeos nil nisi luera et opes cogitare, easque per usuras, per fas et nefas prosequi. Audi S. Hieronymum in illud *Isaia* II, 7: *Repleta est terra argento et auro: et non est finis thesaurorum ejus: « Utraque, inquit, gens et Judæorum et Romanorum per hæc verba avaritiæ suggestitur. Quod his tunc quoque tam Græce narrant, quam Latine, nihil Judæorum et Romanorum gente esse avarius, » illo scilicet avo.*

2. VIR CUI DEDIT DEUS DIVITIAS, ET SUBSTANTIAM, ET HONOREM, ET NIHIL DEEST ANIMÆ SUÆ EX OMNIBUS QUÆ DESIDERAT: NEC TRIBUTUM EI POTESTATEM DEUS UT COMEDAT EX EO, SED EXTRANEUS VORABIT ILLUD; HOC VANITAS ET MISERIA MAGNA EST. — Septuaginta, hoc vanitas est et tempus pessimum; Arabicus, hoc vanum est et infirmitas immunda; Vatablus, gravis dolor.

ET HONOREM, — honorem jungit divitiis tanquam filiam matri, et esse tum causæ. Opes enim dant honores, hinc opulentos videmus ab omnibus honorari et coli. Unde Chaldeus vertit, *gloriam facultatum*; Arabicus, *nobilitatem*; alii, *splendore dignitatis*, quem conciliant diviti opes.

SUBSTANTIAM — Nove Cajetanus suo Judæo credulus vertit, *genitas*. « Et nihil deest animæ suæ, » id est desiderio et voto suo, *q. d.* Habet opes et rerum copiam, quantum quis iuste et honeste optare potest.

Dices, quomodo ergo dicitur vers. 7: « Anima ejus non implebitur? » Respondeo primo, quia avarus suis non audet uti. Itaque habet opes quoad dominium, sed non quoad usum et fructum. Unde S. Hieronymus, *epist.* 103 *ad Paulinum*: « Avaro, ait, tam deest quod habet, quam quod non habet. » Secundo, quia insatiabilis est, et quo plura habet, eo plura desiderat, instar canis semper hiantis. Audi Senecam, *epist.* 72: « Vidisti canem missa a domino frustra panis aut carnis aperto ore captantem; quidquid excepit, protinus integrum devorat, et semper ad spem futuri hiat. Idem evenit nobis; quidquid expectantibus natura proiecit, id sine voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti et alenti. Hoc sapienti non evenit; plenus est: etiam si quid obvenit, secare excipit ac reponit; lætitia fruitur maxima, continua sua. »

NEC TRIBUTUM EI POTESTATEM DEUS. — Hebræa, *nec domo-vari fecit eum Deus*; hinc fit ut opum suarum sit servus, non dominus. Unde Tigrina, *Deus non instituit illam dominum*; Campensis, *sed animam eam utendi tibi non tribuit*.

Nota: *neq. tribuit vel potest accipi permissive, et sermo sit de culpa avaritiæ*. Ad hanc enim Deus avarum non cogit, sed permittit ei pravum usum liberi arbitrii ut se dedat avaritiæ, ait Olympiodorus, quomodo Deus dicitur tradidisse philosophos, ob superbiam, in passionem ignominie, *Hom.* 1, 26; vel *positive*, ut sermo sit de pena avaritiæ: hæc enim Deus avaro infligit, dum

eum bonis suis spoliat, vel uti prohibet, sive per morbum immisum, ut vult Lyranus, sive quo alio modo, ut vult Thaumaturgus et Cajetanus.

SED HOMO EXTRANEUS (S. Hieronymus, *alienus*; Tigurina, *exterus*; Campensis, *ignobis*) VORABIT ILLUD — id est, ut explicat *Erith.* cap. xiv: Congregat et in bonis illius alius luxuriabitur, » idque variis fit modis: unum assignat hic Chaldeus dum paraphrastice ita vertit, *non debet ei potestatem Dominus ob peccatum suum, ut gustaret ex eis: sed miseretur absque liberis, et non misertus est proximi sui, ut heretem eum sibi constituerit; etenim uxorem ejus tradet viro alieno, qui hereditabit eas et comedet eas. Omnis loquax rei causa peccata sua illi fuerunt, quod non fecerit ex illis quidquam boni, et conversæ sunt ei divitiæ ejus, ut essent in vanitatem et in aggritudinem malam.*

Alii modi sunt, cum fures et prædones avaro opes abripiant, aut ligatores per lites illi auferunt, aut potius cum deficientibus vel exclusis filiis externis in hereditatem ejus, per vitiis se insinuat et subintrat. Vox *vorabit* notat prodige ab extraneo consumi, quæ avaro ab eum collecta sunt, ut sæpe fieri videmus. Sic enim congrua talionis pena Deus avaritiam et avaros castigat. Avarus ergo dicit alium, non se; exterum sæpe, non filium, juxta Italorum proverbium quod dicit Tiraquellus: « Difant hominem hæc quatuor, » scilicet, ut inquitur Itali: *Il morto, il porco, il porto, el orto*.

Tropologie noster Alvarez de Paz, lib. I *De Vita spirit.* part. II, cap. xii, hæc gnomen adhibet religiosi tepidis, qui cum omnibus bonis spiritualibus abundant, tamen per acediam itis uti fructu negligunt, quia sub sole degunt, id est affectus suos in terrena defigunt, hæc eos ad celum attollunt; quare hæc eorum bona devorat extraneus, id est diabolus, dum ea in ipsis inutilia, imo exitiosa efficit, ut scilicet ipsis cedant in majorem damnationem, ut paulo ante dixi.

Hujus rei veritatem eleganti divitis ei fortuna apologeto, pulchris exemplis adornato, demonstrat Cyrillus, lib. III *Apol. moral.* cap. iv, cuius titulus: *Contra eos qui non sunt contenti, cum satis habent*: « In secundis, inquit, rebus, cum homo sibi factus sufficiens et dives, minime contentus amplius sitiret, et secum tempestuosus plus quæret, fortunam obviam habuit, quæ ei dixit: Ut quid, charissime, non quiescis, cur jam tribuerim tibi satis? At illi respondit: Sua munera dilectidinis trahit bonum, et deinceps additum fuerit, est molestum. Cui illa: Recede, inquit, video quod pauper effectus es, postquam cupiditate plus sitis. Nam si satis haberes, amplius nullatenus quæres. Plus enim cupit ille cui quidem satis non est. Ecce te depauperavit avara voluntas, exinanivit cupiditas, expoliavit sitibunda tempestas. Attamen si totum invenies aurum male conditum Salomonis, amplius non habebis. Sed illud quo bene utimur, hoc demum habebimus. Nam fossus

Apologeto
Cyrillus
lib. III
Apol. moral.
cap. iv.

humi census, non est hominis, sed telluris. Igitur cum ad usum opes proficiunt, tunc habentur. Usus autem usque ad finem sufficientia extendendus est. Quoniam si ultra, quod satis est comedas, natura mox evomet, et si plus quam requirit necessitas indueris, gravatus sustinere non potes. » Probat idipsum exemplo Hebraeorum, eandem manna mensuram colligentium et comedentium: « Nescis quod (Exod. xvi) filius Israelis deserto ex manna viventibus, magnis et parvis, divitibus et pauperibus, eademque cunctis celestis edulis mensura dabatur, nec collectum plus inveniebat avarus, nec minus, qui fuerat pigritus? nimirum quoniam una est sufficientia omnibus, et universalis provisor eandem hominibus opulentiam necessitatis largitus est. Non enim plus habet dives quam pauper, sed tantum in qualitate titulorum utriusque est differentia. » Astruit idipsum oraculo Apollinis: « Non audisti olim Apollinis idolum pastori Lydiæ regi facto, per Achætem seiscitanti: Si quis eo in mundo felicius existeret, deliciosus ejus divitias confutans responderit: ipsi nimirum superbienti Arcadium senem pauperem prætulit, qui nunquam agri sui terminos exiverat, dixitque plus laudari et probari securitatis ridens tugurium, quam curis et sollicitudinibus tristem aulam; paucisque glebas pavoris expertes, quam arva latissima meta referentia; unamque tafela facile jugum botum, quam equitatum impensis voracibus onerosum. » Denique Epicuri sententia apologum concludit: « In veris divitiis multiplicandis nihil esse adficiendum pecuniæ, sed avaritiæ subtrahendum. Tanto namque dignoscitur quis esse ditior, quanto in eo cupiditas est minor; quibus dictis, ab erudite docto disparuit. »

3. SI GENUERIT QUISPIAM CENTUM LIBEROS, ET VIXERIT MULTOS ANNOS, ET PLURES DIES ETATIS HABEBERIT, ET ANIMA ILLIUS NON UTATUR BONIS SUBSTANTIÆ SUE, SEPULTURÆ CAREAT: DE HOC EGO PRONUNTIO QUOD MELIOR ILLO SIT ABORTIVUS. — « Centum, » id est plurimos; ponitur numerus definitus pro indefinito. Olim licita erat et usitata polygamia; unde ex multis uxoriis centum et plures poterant filios generare. Sic Achab genuit 70 filios, IV Reg. x, 1; Roboam vero 88, II Paral. cap. xi, 21. Porro filii, quos natura dedit in gaudium parentibus avaro augment molestiam: cruciatur enim in expensis quas facit, ut illos aliat; item curis, ut illis de hereditate provideat.

NON UTATUR BONIS. — Hebræa, Chaldaea et Theodoræus, non satietur bonis. Velus translatio et Septuaginta, non impletur eo bonitate. Græce est, ἀποσβέννεται, quod bonitatem, id est jucunditatem, æque ac beneficentiam significat. Thaumaturgus, animam suam impinguare negligit. Addit Chaldaeus, eo quod peperit divitibus suis, et non emit ex eis nomen bonum, per elemosinas aliaque beneficentiæ opera et monumenta.

SEPULTURÆ CAREAT. — Magnus est honor, ideo-

que magna cura sepulture apud omnes gentes. Avarus autem caret sepultura decenti et digna, quia ex avaritia illam sibi nec in vita, nec in morte per testamentum curavit; unde hæredes, qui ejus opibus inhiant, illam negligunt. Est hæc justa Dei poena, qua avarum punit, ut qui pecuniis sepelivit, careat ipse sepultura. Ad hæc avari, præsertim mercatores, sepe apud externos moriuntur ignoti, miseri, insepulti.

Adde: avarus, quis nulli fuit beneficus, omnibus invisus est; ideoque deus sepulcri ei negant. Denique avari ob opes non raro a prædonibus occiduntur; itaque vel in cloacas, vel in aquas, vel in fossas insepulti abijciuntur. Exemplum est in avaro rege Joakim, de quo ait Jerem. cap. xxii, 17: « Tui vero oculi et cor ad avaritiam, etc. Propterea hæc dicit Dominus, etc.: Non plangent eum: Væ frater, et væ soror: non conceperunt ei: Væ domine, et væ inelyte. Sepultura sibi sepelietur, putrefactus et projectus extra portas Jerusalem. » Avarus ergo caret sepultura, hoc est honore et pompa funeris, ad quam pertinent parentum et amicum luctus, præficus et præfice, qui eum plangent, exequie, monumentum, epitaphium, etc.; hæc enim negant avaro, quia avarus est, ideoque omnibus vilis et exosus. Audi S. Hieronymum: « Significat quod dives de sua morte non cogitet, et cum omnia possidet, etiam in extructione sepulcri avarus sit, sive quod sepe propter istas divitias occisus insidiosis, insepultus abijciatur; sive, quod melius puto, quod nihil boni facit et honoris egerit, ex quo sibi queat apud posteros memoriam comparare, et non vitam silentio transire, velut pecudes, cum habuerit materiam, per quam poterat apparere docto vixerit. »

Ex adverso, de Christo liberali et vite sue pro nobis prodigo ait Isaias, cap. xi: « Erit sepulcrum ejus gloriosum. » Denique olim sepulture privatione damnabantur reipublice patriæque hostes, item sui suorumque patriæque. Tales sunt avari, qui sua avaritia se, suos patriamque conficiunt, et quasi interficiunt. Vide Durantium Casellium, lib. II Variar. cap. iii.

QUOD MELIOR ILLO SIT ABORTIVUS. — « Melior, » id est melioris conditionis, potior, felicior. Unde Thaumaturgus: Melior est illo conditio insepultivi fetus; S. Hieronymus: Deterioris conditionis est abortivo.

Mystice S. Ambrosius hæc adaptat Christo, qui non in suo, sed in alieno, puta Josephi ab Arimathia sepulcro sepultus est. Sic enim ait in cap. ultimum Luca: « Non habebat Christus tumulum suum. Etenim tumulus his paratur, qui sub lege sunt mortis; victor mortis tumulum suum non habet. Quæ enim communia tumulo et Deo? Denique Eccles. cap. vi, de eo qui meditatur in bonis: Et sepultura non est illi. Specialis igitur præter communem omnium mortem mors Christi est, et ideo non cum alijs sepelitur, sed tumulo

solus includitur. » Verum hæc allegoria parum libere respondet. Quæ enim comparatio avari et abortivi cum Christo?

Abortivus est, qui ex utero prodit mortuus, aut agens animam. Hebræice vocatur נֶפֶשׁ נֶפֶשׁ, id est deciduus, caducus, marcidus, minime vitalis, instar immaturi fructus. אֵרֶב ex arbore decedit inutilis; radix enim נֶפֶשׁ נֶפֶשׁ significat labi et cadere. Syrus pro abortivo vertit peccatorem, quo modo S. Paulus se persecutorem olim fidei vocat abortivum, I Corinth. xv, 8; sed hoc mysticum est: abortivus enim proprie est fetus imperfectus, informis, infirmus, languidus, abortivus natus, et ante maturum partum ejectus, quales vel mortui sunt, vel parum vitales: quo respiciens S. Job, cap. x, 18, ait: « Quare de vulva eduxisti me? Qui ultimam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. » Huc facit illud Hippocratis apud Gellium, lib. III, cap. xvi: « Est et non est oclimestris partus, quia illico moritur et esse desinit, aut certe vivit trahitque animam. » Unde Campensis vertit, judicavi illo fortunatiorem, qui matre abortiente ejectus est. Hinc in jure abortivus habetur pro non nato.

Avari
quidam
dicuntur.

Comparat avarum abortivo, quia sicut hic vivens non vivit, imo non vivit ad vitam, sed ad mortem; nam conceptus in utero illico moritur, nec nascitur, ut videat lucem, eaque fruatur, sed ut ex ea abeat et excedat: sic et avarus vivens non vivit, quia opibus bonisque vite frui non audet, imo nec gaudet, sed iis quasi mortuus, vitæque gaudiis defunctus, funestam instar abortivi et moribundus vitam agit in sordibus, squalore et merore.

Præter autem abortivum avarus, eo quod abortivus, sicut caret bonis et gaudiis hujus vite, sic pariter caret malis et doloribus ejusdem; at avarus carens bonis et gaudiis, abundat malis, puta laboribus, timoribus, meroribus, curis et angoribus, quos et pariunt opes et avaritia. Hoc est quod dixit cap. iv, 2: « Et laudavi magis mortuos quam viventes: et feliciorum utroque judicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala que sub sole fiunt. »

4. FRUSTRATA ENIM VENIT, ET PERGIT AD TENEBRAS, ET OBLIVIONE DELEBITUR NOMEN EJUS. — Pro frustra hebræice est הֶבֶל hebel, id est vanitas, de quo cap. i, 2. Unde Septuaginta et Syrus vertunt, in vanitate quippe venit, et in tenebris vadit, et in tenebris nomen ejus absconditur; Olympiodorus, occultabitur; alii, in tenebrositate nomen ejus operietur; Arabibus, vadit enim cum vanitate, et in tenebris discedet, et abscondetur nomen ejus in tenebris; Thaumaturgus, ut enim abortivum vano advenit, ita et absque omni satisfactione et fructu clanculum abijt; Turgura, is enim ut res inanis prodit, ac in tenebras abijt, tenebræque nomen ejus occultant; Vatablus, hic enim in vanitatem, id est in mundum, qui mera est vanitas, prodit, et vadit ad mortem; Cam-

penis, hic enim ut namentum aliquod, a conceptu in utero aliquo usque obscure progressus est, sic tamen ut ne nomen quidem ejus ulli cognitum fuerit.

Denique Chaldaeus sic vertit, quoniam in vanitate venit ad hoc sæculum, et in vanitate ibit ad sæculum venturum, et in tenebris nomen ejus operietur, eo quod non habet meritum, et nomen bonum non acquisivit, ut memoriam sui ab injuria mortalitatis assereret.

Ad litteram loquitur de abortivo, ut censent Thaumaturgus, Lyranus, Clarius, Campensis et alii; consequenter tamen loquitur de avaro: hunc enim comparat abortivo, uti censent Olympiodorus, Bonaventura, Hugo uterque, Cajetanus, Tithelmannus et alii. Sensus ergo est, g. d. Sicut abortivus frustra venit in mundum, quia natus vel jam mortuus est, vel post unum alterumve diem moritur, itaque a luce vite pergit ad tenebras mortis, ibique oblivione perpetua sepultus delitescit, adeo ut ne nomen ejus quidem sciantur: sic pariter avarus frustra venit in mundum, quia luce vitali gaudiisque vite non fruatur, sed quasi ea non vidisset, sordidus, miser et famelicus pergit ad tenebras mortis, ibique perpetua oblivione sepelietur. Uterque ergo frustra venit in mundum et vitam, quia sine et fructibus vite, puta jucunditate et gaudiis hujus lucis et vite trahitur et destituitur: abortivus quidem per naturam, avarus vero per voluntatem et avaritiam; sed abortivus natus est duntaxat frustra et in vanum; at avarus, non tantum frustra, sed ad materiam ærumnasque maximas.

PERGIT AD TENEBRAS. — id est ad sepulcrum, ait Lyranus; ad mortem, ait Bonaventura et Tithelmannus; ad nominis obscuritatem et oblivionem, ait Chaldaeus; ad ærumnas et merores: in quibus vivit avarus, ait Hugo Victorinus; ad sordes et squalorem, ait Pineda, quod nullis hujus vite commodis perceptis, in angulo et in abscondito sordidus et squalidus contabescat, non magis notus, quam si nunquam in apertum emerisset ex tenebris, ut etiam vivens adhuc mortuus censeatur. Nulla illius in humana polifia ratio ducitur, nulla illius reipublice bono, non patriæ, non amicis, non sibi. Omnia hæc eodem recidunt.

Denique avarus æque ac abortivus pergit ad tenebras, id est ad limbum et infernum, orcum et tartarum, ubi sunt commorie et perpetue tenebræ, ob quas infernus græce vocatur ἀδης, quæ ἀδης ab ἀ, particula privativa et δης, id est videre, quod privatus sit visus, imo omnes suos privet lumine et visu. Audi Plutarchum in illud, Latenter vive: « Qui solem Apollinem esse credunt, ex majorum et prisorum mysterijs, Bellum et Pythium eundem cognominant. Cæterum eum, qui adversæ partis est dominus, sive deus is est, sive demon, haden, id est Orcum appellant, quod mortui in locum tenebrosum et obscurum demigremus, ad densæ noctis somnique inærdæ regem. »

de eo qui multa didicit, et tamen semper cupit discere.

Tertio, Cassianus, *Collat.* XIV. ix, asserit omnem laborem hominis esse in ore ipsius, hoc est in eo compescendo per silentium, et ut omnium seniorum instituta atque sententias intento corde, et quasi muto ore suscipiamus, ac diligenter pectore condamus, atque ad perficienda ea potius quam ad docenda festinemus; quoniam ex hoc cenodoxie presumptio, ex illo fructus spiritualis scientie pullulabunt.

Quarto, Hugo Cardui alii: Omnis, inquit, hominis labor est in ore verificando, sanctificando, custodiendo. Verum omnes hae expositiones ingeniosae potius sunt verborum adaptationes, quam sincere et genuinae mentis Salomonis explicationes; quare lusus ingenui magis sunt quam Scripturae sensus.

Igitur mens Salomonis est agere non de labore nec de sermone, sed de cibo, uti explicat Chaldaeus, Campensis et ceteri.

Sensus igitur primo, esse potest de cibo et potu, ut ostendat eorum vanitatem, ideoque in eis non consistere felicitatem, uti animales et epicurei censent; quin et ipse Salomon, cap. v, vers. 9 et 23, dicens: « Quis ita deorabit, et deliciis affluet ut ego? » quaesivit in iis felicitatem, sed non invenit. Eo ergo videtur hic respicere, aequae ac ad cap. v, quod proxime processit, vers. 17, ubi dixit: « Hoc itaque visum est mihi bonum, ut comedat quis et bibat, » etc. Sensus ergo est, q. d. Major hominum pars constituit felicitatem in cibo et potu, puta in delicata comestione et potatione, ideoque labor eorum omnis est in ore, hebraice, *ad os*, ut scilicet os et palatum hisce suis deliciis oblectent; at « anima eorum non implebitur, » tum quia gula insatiabilis est et impleri nequit: unde helluones quo plus bibunt, eo plus bibere cupiunt, eoque magis belluantur, ut videantur ore semper hiare ad potum; tum quia deliciae corporales animam spiritualem et Dei capacem satiare et explere nequeunt. Ita Olympiodorus, Titelmannus, Cajetanus. Atque ita explicat ipse Salomon, *Prov.* cap. xvi, vers. 26, dicens: « Anima laborantis laborat sibi, quia compulsi eum os suum; » Hebraea, quia incuravit se ad ipsum os suum.

Secundo, magis presse et genuine haec pertinent ad avarum, de quo omnis sermo processit, q. d. Avarus laborat assidue, ut congreget opes, quibus os et ventrem satiet; sed frustra, quia ventris et gula insatiabiles sunt. Ita S. Hieronymus: « Omne, ait, quod laborant homines in hoc mundo, ore consuntur, et attritum dentibus, ventri traditur digerendum; cumque paululum gulam delectaverit, tandem videtur tribuere voluptatem, quamdiu gutture continetur; cum vero in alvum transierit, desinit inter cibos esse distantia. Et post haec omnia non impletur anima comedentis, sive quod rursum desiderat quod comedit, sive

quod nullam utilitatem anima ex refectione corporis capiat. »

Rursum et potius esse occupatio. Occurrit enim tacite objectioni avari dicentis: Laboro perperam, ut conquiram necessaria oro meo et meorum implendo, ut victum vestitumque comparerem; sed confutat hoc Salomon, atque: Ex ore tuo condemnabo te, o avarus nequam. Nam os tuum defraudat, ut opes aggeras. Unde Syrus vertit, *prohibet omne, quo laborat homo in ore ejus, et anima ejus non est impleta*. Rursum, ut os et ventrem impleas, paucis opus est, sed ut animam, id est cupiditatem et avaritiam tuam expleas, perpetuo laboras ut asiurus; idque in vanum, quia avaritia tua nullis limitibus coarctetur, sed immensum se porrigit, ideoque insatiabilis est, et expleri nequit. Ita Thaumaturgus. Cupiditatem ergo tuam implere vis, at non potes; laboras igitur in vanum ac tentas rem impossibilem. Facis enim perinde, ac si quis totum alveum maris una aqua gutta implere conaretur. Uiquid ergo tot labores miser exantilas? utquid in vanum te tot curis fatigas et crucias? utquid frustra te ipsum tot erumnis ateris et consumis? utquid tui ipsius es tortor et carnisex?

Denique ut summam sensum complectar, haec est vanitas et stultitia avari, ut cum propter os suum labore, illud tamen rebus etiam necessariis defraudet, utque cupiditatem habendi implere velit, nec possit (1).

Mystice, per os accipe ingenium et desiderium hians sciendi, per animam vero mentem, qua nulla scientiarum copia expleri potest. Ita S. Gregorius, homil. 40 in *Evangelio*: « Bene, inquit, de doctis et negligentibus per Salomonem dicitur: Omnis labor hominis in ore ejus, sed anima ejus non implebitur; quia quisquis hoc solummodo laborat, ut sciat quod loqui debeat, ab ipsa refectione suae scientiae mente vacua jejunat. » Ad hoc idem, hom. 18 in *Ezech.*, citat illud *Prov.* xvi, 26: « Anima laborantis laborat sibi, quia compulsi eum os suum. Os enim nostrum, inquit, non compellit ad laborem, quando per hoc quod aliis dicimus, a vitis refrenamur: quia turpe nimis, ibi nos negligendo cadere, unde predicando comam sumus alios levare. »

8. QUID HABET AMPLIUS SAPIENS A STULTO? ET QUID PAUPER (Figurina, humilis; alii, officiosus: omnia haec notat *כניו אתי*), NISI UT PERGAT ILLUC, UBI EST VITA? — In Hebraeo non est *et nisi*, sed tantum, et quid pauper sciens pergere coram vita, vel contra vitam, aut coram viventibus, vel contra viventes? Olympiodorus, in *conspetu vite*; alius, pauper est sciens ire obviam vivis; Figurina, sci vitam agere inter viventes; Campensis, scit sua industria victum sibi parare inter illos cum quibus vivit. Hebraeum enim *חיים* *chaim* plurale, et vitam,

(1) Sensus: Cum omnis labor eo tantum tendat, ut tendere debeat, ut aliamur, non tamen expletur dignis animis; sed longe plura congerit, quam quae victui suo sufficiant.

et vitam, et viventes significat. Haec ex Hebraeo amplo et ambiguo varii varie transferunt (vide eos apud Lorinum si lubet), sed perplexae, ambiguae et insipidae, cum Noster clare, certe et sapida veritatem subaudiendo *et nisi*; unde et stipulantur Septuaginta dum vertunt, quoniam abundantia sapientis super insipientem, eo quod pauper novit ire ad faciem vitae; Syrus, quia est turris sapientis praeter illud quod est stulto, quia pauper cognoscit ire ad vitam; Arabicus, quid habet praestantius sapiens, quam stultus? quia pauper cognovit cursum coram vita, id est ut sciat hie vivere, ut sciat quomodo hie bene et feliciter vitam agere debeat. Alius, q. d. Pauper pergit ut ostiatim mendicet ad comparandum sibi victum necessarium ad vitam. Verum hoc frigidum est, aequae ac insulsum (1).

Est antithesis stulti avari et sapientis pauperis, Scriptura enim saepe per pauperem indicat sapientem et justum, per divitem vero insipientem, avarum et injustum; quia, ut ait S. Hieronymus: « Omnis dives aut iniquus, aut iniqui haeres; » pauper vero, quia medicis contentus, spernit opes, et cor ad veras in caelo Dei opes transfert; hinc sapiens est et justus.

Sensus ergo est, q. d. Sapiens et pauper in vita et morte, atque labore victum comparandi, ut sapient os et ventrem, pares sunt; haec tamen re pauper sapiens antecellit diviti avaro et stulto, quod pauper pergit ad vitam, dives vero ad mortem, eamque triplicem. Hebr. enim *chaim* est plurale, ideoque triplicem vitam significat, scilicet naturalem animae, spiritualem gratiae, caelestem gloriae.

Primo ergo de vita naturali sic exponas, q. d. Pauper contentus moderato victu et vestitu pergit ad veram vitam, quia sita est in animo suis contento, quieto, hilari. Talis enim vivit agitur vitam suam, jucundam et longevam. At dives avarus oculos declinans in terram, in eaque ve-

lut serpens et repens et proserpens, ut aurum et argentum, id est (ut ait Habacuc xxvi) densum terrae lutum colligat, vacuum misere et infelicis continuo labore se consumit, nec audit partis frui, sed semper veteribus aggerere salagit: quare vivit vitam arummosam, quae potius mors dicenda est, quam vita, ac mox ad communem omnibus mortem nudus et inops tendit, quae stultitia est vanitas. Ita S. Hieronymus, Hugo Cardinalis et Glossa; paulo aliter Vatablus: censet enim hic moneri pauperem, ut paupertate sua tranquilla, sapiente et sancta contentus cupiditatem omnem abdicet: « Quid enim juvat, ait, pauperem doctum apud homines ambulare prudenter coram ipsis hominibus in hoc mundo, si laborat cupiditate habendi? » Hoc eodem reddit, quo prius; prius tamen simpliciter et germanius est.

Secundo, de vita spiritali exponas, q. d. Pauper contentus opes terrenas ambit spirituales, sicutque virtutibus et meritis congregandis, iuxta illud *Jacobi* ii: « Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide et haereditas regni? » Pauper ergo vivit vita gratiae.

At dives avarus totis opibus incumbit; unde gratiae et virtutum fit inops et egenus, atque per usuras, fraudes, contractus injustos committit peccata mortalia; quibus animam mortem incurrit. Ita S. Bonaventura, Lyranus, Carthusianus.

Unde Olympiodorus per vitam accipit Christum, ad quem pauper, qui ab ipso predicatur beatus, incedit per virtutum semitas; cum dives stultus mancipet se voluptatibus morsu peccando. Quare per vitam hic mystice accipias Eucharistiam, qua deliciosae mentem pascunt pauperes, longe magis quam divites corpus suis epulis. De Eucharistia enim ait Christus: « Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum, » *Joan.* vi, 59; et vers. 48: « Ego sum panis vitae, » etc. Thaumaturgus vero ait pauperem tendere ad vitam, quia tendit ad paupertatem et opum contemptum, in quo vite integritas et rectitudo consistit: « Insipientis, ait, proprium est, ut nimium concupiscentiam indulgeat, ideoque reprehenditur. Sapiens ab eis sponte sibi temperat. Fere autem vitae rectitudo homini recto ad inopiam dux est iuvenis. »

Tertio, pauper per vitam gratiam tendit ad vitam gloriae, et avarus per primam mortem culpae, et avaritiae tendit ad mortem secundam gehemae, uti Lazarus mendicis ab angelis ductus est in caelum, dives vero epulo sepultus est in inferno, *Luce* xvi. Ita Chaldaeus: « Etenim, ait, quid amplius est sapientibus in hoc saeculo quam stultis, et quid est pauperi, nisi ut studeat in disciplina legis Domini, ut cognoscat quomodo futurum sit ut eat omnino coram justis in paradiso Eden, » puta voluptatis, in quo a Deo positus fuit Adam, qui fuit typus et praesidium paradisi gloriae caelestis.

Tropologie, ex eo quod ait pauperem pergere

(1) Vers. 8 et 9. Quid enim est praestans, amolamentum, sapienti pauperi pro stulto, cujus cupiditas non expletur, qui igitur est semper inquietus et sollicitus? Quid, inquam, est praestans pauperi scienti ambulare coram vivis, qui novit inter homines prudenter versari? Respondet: *Mellor est adspetus oculorum, quam progressus animae*, hoc sensus: Longe praestat praesentibus frui, quod facit pauper sapiens, quam animo vano conocari, uti solet stultus avarus. Etiam hoc, videlicet progressus, seu divagatio animae, seu appetitus, est vanum et stultum inane. Cf. Horatium, *Epist.* lib. I, xvii, vers. 96-99:

Inter cuncta leges et promissibere doctes,
Quae ratione quas tradidit ore licite avaris:
Ne te semper inops agitet vestigae cupido,
Ne pavor et rerum mediocriter utilium aeps.

Et LaFontaine:

« Tu tiens vaat mieux que dent te l'antra.

Alii, commatis 8 posteriori membrum sic vertunt, quid praestat pauperi scienti ac divitiarum avido ambulare coram vita, scilicet beata, id est, sitire et congerere opes quas beatam vitam reddituras putat, opibus vero quasiis nunquam uti?

ad vitam, disce viam ad vitam esse paupertatem, sub qua humilitatem intellige. Unde hebræum *אני תני* tam humilem, quam pauperem significat; paupertas enim est mater humilitatis; unde pauperes experimur humiles, divites verbo superbos. Nam, ut ait Phocildes:

Festus ope sequitur, sequitur petulantia magnos.

Hæc de causa S. Franciscus se suumque ordinem fundavit in paupertate, ut eundem fundaret in humilitate. Utraque ergo dux est et via ad veram vitam; unde eam primus innotuit Christus, ut eam nos doceret: « Ego autem, inquit, mendicans sum et pauper; » et: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. » Ita sanxit Deus mira congruentia et sapientia. Congruum enim est ut qui contemptum terrestria, occupent ælestia. Audi S. Ambrosium, serm. 74 De Natali Martyr: « Possumus, ait, et nos dicere Domino: Notas fecisti nobis vias vite. Ipse enim nobis notas fecit vias vite, cum me docuisset fidem, misericordiam, iustitiam, castitatem; » adde humilitatem, paupertatem, patientiam: « his enim itineribus pervenitur ad vitam. » Ita S. Benedicto, ut scribit S. Gregorius, II Dialogo, cap. xxxvii, vita functo, duobus ex ejus grege monachis visum est videre viam quamdam amplam et rectam pallis stratum, innumerisque huminibus cuscantem, et senem quemdam astantem qui diceret: « Hæc est via, qua dilectus Dei Benedictus ascendit ad cælum. » Hanc viam S. Bernardus, homil. Eoos nos reliquit omnia, nihil aliud esse censet, quam paupertatis et vite religiose formulam ab eo insulutam, quam ut ille servans ascendisset in cælum, sic omnes qui eum sequentur.

9. MELIUS EST VIDERE QUOD CUPIAS, QUAM DESIDERARE QUOD NESCIAS. — Hebræa, *bona est visio oculorum, præambulare anima*, id est prestat videre oculis rem certam, quam variis animæ cogitationibus, concupiscentiis, desiderii vagari et oberrare per res plurimas et incertas. Septuaginta Complutenses, *ἀγαθὴ ὄψια ἐπιβλεψὼν ἐπιπροσέσθαι φῶς*, id est, *bona est visio oculorum superambulans anima*, id est, que superat animæ desiderium, q. d. Bonum est cernere et præstare habere objectum quod, dum absens est, anima cupit et desiderat: presentia enim superat absentiam rei, æque ac visio rei vise superat spem et desiderium rei vidende. Verum melius et conformius ad Hebræa Codices Vaticani pro *ἐπιπροσέσθαι* per *συστολέν*, legunt *ἐπιπροσέσθαι* per *διαστολέν*. Unde virtutem, *bonum est aspectus oculorum superambulantes anima*. S. Hieronymus, in anima; Olympiodorus, *quam ambulare iuxta voluntatem animæ*; Tigurina, *quam ut quis desiderium sequatur*; Vatablus, *quam quod æstuet anima*. Thannaturgus tamen priorem versionem Complutensium secutus explicat, *superambulans*, id est

prevalens animæ, illamque trahens in rei visum concupiscentiam, que magna stultaque est vanitas. Unde sic vertit, *irritant quorundam oculos ferulorum spectacula; sed cum traxe sit hoc vivendi stultum, perniciose illecebræ animam in steriles occupationes trahunt.*

Syrus, *melior est visio oculorum passu animæ*; Arabicus, *oculus est essentia bonus præstantior animo lucido*; Pagninus, *melior est visio oculorum, quam ut eat anima per viam stultorum*; Chaldeus, *melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias, sed et hoc vanitas est et præsumptio spiritus.*

Vel, ut vertit Costus, *melius est homini ad futurum sæculum gaudere, iustitiam colere, et summo iudicii die bonam mercedem operum suorum recipere, quam hanc vitam in calamitatibus et animi perturbationibus ingredi: hoc enim scelerato homini vanitas est et afflictio spiritus.*

Omissis variis variorum explanationibus parum probabilibus, quinque magis probabiles subiicio. Nam *videre oculis*, ut habent Hebræa, quinque significat: primo, aspiciere et contemplari rem presentem; secundo, prævidere futura; tertio, iudicare de rebus, oculus enim iudicat de coloribus rebusque visis; quarto, experiri, experientia enim capitur visa; quinto, frui, gustare, tenere et possidere: oculus enim fruitur re visa, eamque visu suo quasi tenet sicutque iuris facti, possidet et comprehendit. Iuxta hæc quinque significat quinquplex oritur sensus.

Primo, Isidorus Clarius et Campensis primam videndi significationem secuti vertunt: « Melius est contemplari oculis divitas presentes, quam industria sola fretum in diem more pauperum vivere: certe falleris, qui hoc putes: non enim aliud aspectus divitiarum adfert, quam animi stultas curas et tormenta. » Ex adverso Christus jubet nos non sollicitos esse de crastino, sed crastini coram resignare Deo, Matth. vi. Censent ergo hi auctores hanc gnomen proferri e mente divitum, non Salomonis; unde ipse eam corrigi dicens: « Sed et hoc vanitas est et afflictio spiritus. »

Secundo, Symmachus secundam videndi significationem secutus vertit: *ἰδὲν ὁφθαλμοῦ ἢ δὲσιν ἀδραστεῖα*, id est, *melius est prævidere quam ambulare ut libet*, ut vertit S. Hieronymus qui sic explicat, q. d. Melius est per rationem (hæc enim est oculus animæ) agenda prospicere, quam voluntatem et desideria cordis sequi, ut faciunt illi qui ambulant in voluntate cordis sui, ut ait Ezech. cap. xi, 21, in Hebræo. Sic et Olympiodorus: « Longe melius est, inquit, perspicaces habere oculos animæ ac rationis, hæc Spiritus Sancti illustratos, quam pergere iuxta voluntatem animalis hominis, qui in tenebris ambulat » iuxta illud Matth. vi, 22: « Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, hoc est, inquit, si rationalis animæ vis luce fuerit illustrata,

appetitus sensitivi licentiam in ordinem suum rediget. » Et illud Proverb. cap. xix, 2: « Ubi non est scientia animæ, non est bonum: et qui festinus est pedibus, offendet. » Hæc Olympiodorus. Sic et Saloniæ, Alcuinus, Hugo Victorinus et alii explicant, q. d. Satius est cuncta per rationem præmeditate agere, quam temere sequi stultas animi cupiditates, æstusque vaporum et noxiorum desideriorum. Hinc pertinet versio Tigurina, *melior est providentia, quam ut quis desiderium sequatur*. Accedit Hugo Cardinalis, qui censet hic significari meliorem esse providentiam seu scientiam prævisionis, qua scitur quid sit cupiendum, quid non, quam temerariam præcipientemque concupiscentiam eorum que concupisci non possunt, nisi ab ignorantibus ea, qualia sunt temporalia bona, que ceu pectus lignum et squama piscis, lucent dumtaxat in tenebris, et sunt indigna seitu. Lyranus non hinc longe abit, nisi quod proprie vult reprehendi superstitionem et vanam futurorum prescientiam. Nec dissentit Dionysius exprimens res superstitionis, magicas, frivolas, falsas, quas necesse quam scire magis expedit, cum contra studendum magis sit cognitioni ejus quod appeti debet, videlicet finis ultimi ac mediorem ipsius.

Tertio, iuxta tertium significatum *videre*, ut significat iudicare, definire et dimetri, sensus est, q. d. Melius est certum sibi valorem, opumque limitem præfixire, qui suo ingenio et statui sit accommodatus et quasi commensus, ac eo contentum vivere, quam sinere animam vagari ad alia et alia semper cogitanda et desideranda, nec ullum cupiditati suæ terminum præfigere.

Quarto, iuxta quartum significatum *videre*, ut sit idem quod experiri, sensus est, q. d. Melius est videre, id est experiri, quis labor, que occupatio, quis status, que quantaque opes tibi, tuæque indoli conditionique conveniant et sufficiant, in iisque tranquilla mente conquiescere, quam cupiditati habenas laxare, ac desiderare plus semper et plura sine mensura, que nescias qualia sibi; et an tibi conveniant, sintque salutaria.

Quinto et magis apposite ac genuine, iuxta quintum significatum *videre*, ut sit idem quod uti, frui, gustare, tenere, occupare, possidere, sensus est, q. d. Melius est videre, id est uti et frui presentibus et certis, que oculis cernis et manu tangis, quam desiderare absentia et incerta, que nescis an ea obtinere queas, et an tibisantiæ felicitatemque vint allatura. Pergit enim opponere et præponere pauperem sapientem diviti atulo, quod ille videat ea que cupit, id est possidet et fruatur opibus cupitis, licet modicis, sed presentibus, iisque contentus quiete, hilariter et feliciter vivat: hic vero desideret id quod nescit, id est, insatiabili opum absentium et sepe impossibilium acquirendarum cupiditate flagret, quarum

usum et fructum per experientiam ignorat et nescit, id est non sentit, non gustat, non gaudet, non fruitur, sed perinde illi sunt, ac si illas nesciret, ipseque incognite et invisæ forent; quod quid est aliud quam stulta vanitas et presumptio? ob spem enim incertorum privat se frustratione certorum; vane præsumit id ad quod stulte aspirat, cum sæpe id assequi nequeat; quare frustra laborat, seque eviscerat circa opes, quarum commoda et jucunditatem non experitur, nec unquam experietur. Avaritia enim opes et spes vanas sibi fingit, quas nunquam consequetur, certe iis nunquam utetur et fruatur.

Huc pertinet versio et expositio Pagnini, *melior est visio oculorum, quam ambulare animæ* (id est, prestat rebus presentibus, quas ob oculos habes, frui, quam animo hæc illic vagari, et nunquam saturari). Cajetanus, *melior est aspectus oculorum quem ambulatio animæ*, id est, melius est præsens bonum, et quod oculis videtur, quam futurum quodque solo desiderio habetur: ambulatio stiquidem animæ, inquit, gressibus desiderii ac spei fit.

Vatablus, *melius est aspectus oculorum quam quod æstuet anima*, id est, melius est esse contentum presentis fortuna, licet modica, quam multa, licet maxima, desiderare, ac modo hoc, modo illud in votis habere. « Melior est columba præsens in mensa, quamanser in aere volitans. » Melius est pauca occupare quietum, quam cupidum anxiumque nova semper ambire et persequi.

Nota est quod nescias, id est quorum naturam, conditionem, commoda et incommoda ignores, non sentias, non gustes, non experiaris, nec satis habebas perspecta; si enim ea perspiceres, utique ea non desiderares nec cuperes. Hoc enim exigit antithesis: « Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias, » id est quod non cupias: si enim scires ejus vanitatem et vilitatem, utique non cuperes, sed fugeres.

Mystice, *melius est videre quod cupis*, id est ambire celestem gloriam, in qua videbis Deum, ejusque visionem, quam cupis, satiaris, erisque beatum, quam desiderare quod nescias, id est ambire terrenas opes, pompas et dapes, quarum vilitatem, pericula et damna ignoras et nescis, id est non attendis, non consideras, non perspicis, præsertim quod te trahent in ruinam et gehennam.

Unde Auctor *Catena Græcæ*. hanc gnomen sic exponit, q. d. « Melior est scientia Dei, quam fluxa et corruptibilis voluptas, vel quam animæ cupiditatibus morem gerere. » Aut iuxta versionem Symmachi, *melius est in ea que sunt futura prospicere, quam ea rebus his presentibus oblectationem querere.*

ET HOC VANITAS EST ET PRÆSUMPTIO SPIRITUS. — Syrus, *hoc vanitas est et perturbatio animi*; Arabicus, *hoc vanum est et afflictio spiritus*; Chaldeus, *contritio spiritus*; Cajetanus, *fractio spiritus*; alii,

cogitato spiritus; Aquila et Theodotion, pastio venit; Tigurina, molestia animi; Campensis, certe falleris qui hoc putas; hoc enim non alud est quam animi stultia cure et tormenta. Vide dicta cap. 1, vers. 2.

10. QUI FUTURUS EST, JAM VOCATUM (Arabicus, *denominatum*; alii, *nominatum*; Cajetanus, *jam vocatus est nomine suo*, id est cognitus est: res enim per nomen suum cognoscitur. Est catachresis) EST NOMEN EIUS, ET SCITUR QUOD HOMO SIT, ET NON POSSIT CONTRA FORTIOREM SE IN JUDICIO CONTENDERE. — Hebraea, *quod fuit, jam vocatum est nomen ejus*, sed *fuit*, idem est quod *faturum est*. Hebraei enim saepe commulant tem.pora, et praeteritum accipiunt pro futuro: alioqui enim hic esset inepta lausologia. Quis enim nescit id quod fuit esse nominatum et cognitum? At quod futurum est, fuisse praenominatum et praecognitum, hoc mirum est, eximium, Deoque dignum; unde clare Campensis verit, *qua ratione fuit olim unumquodque praesquam esset, nomine suo notum et scitum fuit, quod hic velit nolit homo futurus esset, nec poterit nisi frustra contendere cum Deo, qui ipso fortior est, quare sic conditus sit. Unde*

Primo, Chaldaeus hanc gnomen accipit de rebus creatis, quod ex eis nihil novum, sed omnia jam olim a Deo decreta sint, ideoque de iis non posse hominem cum Deo contendere. Hebraea enim habent in genere neutro, *quid est quod fuit, jam vocatum est nomen ejus*. Sic et Septuaginta. Chaldaeus ergo sic verit, *quod fuit in saeculo, ecce jam vocatum est nomen ejus, et notum est filii hominum a die quo factus est primus homo, et omnia decreta sunt a verbo Domini, et non est potestas viro, ut stet in iudicio cum dominatore saeculi, qui fortior illo est. Verum Hebraea, Noster, Septuaginta, Syrus, Arabicus hanc gnomen arctant ad hominem, nec extendunt eam ad caeteras res creatas. Unde aiunt, et scitur quod homo sit.*

Secundo ergo, alii censent hanc dici contra ambitiosos, *q. d.* Quid, o ambitiose, te iactas de nobilitate, opibus, scientia, dignitate, cum ante te a mundi initio hucusque multi fuerint a Deo effecti vocatique nobiliores, opulentiores, scientiores, digniores te, cum quibus, utpote te fortiores et praestantioribus, non poteris iudicio contendere, ad illis te preferas, sed illis te submittas et inferiora agnoscas oportet. Unde nonnulli cum Aben-Ezra exponunt, *q. d.* Iniqui, improbi et stulti sunt avari conatus, qui majora semper tentant et molantur, ut opulentissimos opibus aequent, imo superent, cum id factu sit impossibile.

Tertio, alii autem hanc dici contra curiosos, qui arrogant sibi futurorum praenotionem tanquam sese velint in eorum praesentia equare Deo, cum eoque iudicio quasi contendere, uti sibi tantum arrogant astrologi iudiciali, sibi sicut conjectores et divini. Ita Lyranus et ex eo Tielmannus: Congruent, inquit, transit ab avaritia opum ad avaritiam scientiae, puta ad curiositatem et

immodicum sciendi desiderium, quo homo scire arcana et futura, ut sit similis Deo, et affert quasi Deus, sicut esse voluit Adam comedens ex ligno scientiae boni et mali. Sic et S. Bonaventura Hugo uterque, Dionysius et alii.

Quarto, melius alii opinantur hanc dici de iis qui sua sorte non contenti obmurmurant divines Providentiae, quod ab ea aliam sortem meliorem non sint nacti, qui proinde, ut ait Olympiodorus, inconsultius quaerunt, quare Deus hunc hominem paupertate oppressit, illi vero magnas opes effudit? Contra hos ergo docet omnes res, ac praesentim hominem in omnibus subiacere ordinationi divinae, ut pauper sit vel dives, nobilis vel ignobilis, sanus vel aeger, felix vel infelix, etc., ac proinde in nulla rerum sorte, casu vel statu contra Deum obmurmurare posse, utpote qui cuius proli libet cum ta partitur tanquam summus omnium Dominus: et sapientissimus, optimusque omnium gubernator. Unde Thaumaturgus hunc versum et sequentem ita verit, *quae nunc facta sunt, jam cognita sunt, perspicuumque est hominem iis quae supra se sunt, reluctari et obistere non posse. Caeterum magis et ineptiae inter homines versantur, eorum qui iis utuntur, amentiam cupentes, scilicet marmurrationes et curiositates, de quibus cap. sequent. vers. 1. Et Auctor *Catena Graecor.*: « Omnia, inquit, a Deo sunt, ipsi quoque cuncta fuere praecognita, nomenque sortita esse cuncta cuique respondens, illudque vite institutum accipere a Deo, quod maxime unicuique conducere praevit. Quis igitur sit, qui ejus resistat voluntati? ut propterea irritum vanumque sit investigare deinceps cur hic divitiis affluat, ille paupertate prematur, et caetera quae sunt generis ejusdem. » Et inferius: « Nemo ergo dicere ausit, inquit Ecclesiastes, quare sum ego hujusmodi corpori agglutinatus, aut cur non evasi angelus? Nisi forte sit accepto personarum apud Deum. Nam sermones ejusmodi multa redundant vanitate. »*

Igitur sub substantia, intelligit accidentia; sub re, omnia attributa et affecta rei, puta sub homine, omnes hominis conditiones et qualitates, quales sunt paupertas, opulencia, miseria, felicitas, infirmitas, sanitas, omnesque variae fortunae in hac vita sortes et casus, qui quales futuri sint, et cuique obventuri praenovit et praedestinavit Deus.

Quinto, maxime accommode et genuine hanc referas ad avarum, cuius vanitatem toto hoc capite ostendit, quique desiderat quae nescit, an obtenturus sit, iisque fructurus, uti proxime praecessit; arguit enim eorum stultitiam, qui praesentibus non contenti, inhiant semper futuris, ut res suas augeant, *q. d.* Solent avari congerere opes ingentes, ut sibi suaque posteritati, fame et gloria in futurum per longa temporum spatia prospiciant; suae enim industrie praefisi censent se suas opes, palatia, praedia stabilire posse in multa saecula, ac nomen suum aeternare, quasi Deo non subdit,

ne eo indigeant, sed sua solertia cuncta quae cogitant perficere possint; qua in re errant graviter, et tamque vanitatem, aequae ac stultam praesumptionem, ut praecessit, ostendunt. Quia quidquid futurum est, soli Deo notum est, ab eoque provistum et ordinatum; quisquis etiam futurus est, jam Deo notus est, decretusque ne sit, non angelus, nec deus futurorum praescius et omniscius, sed Adam ab adama, id est homo ab homo, hoc est terrenus, miser, fragilis, instabilis, multis fortunae casibus obnoxius, ac brevi moriturus, qui proinde cum Deo fortiore se contendere nequit, nec praesentia et provisione futurorum, nec stabilitate et constantia, nec exemptione, ut a Dei jure et regimine sit exemptus, sed per omnia ejus providentiae et ordinationi se subjicit, oportet, ut illa opum mensura, illa rerum sorte, illo spatio vite, illa posteritate et fama sit contentus, quam Deus illi admittit ordinari et praedestinari. Deus enim saepe ordinat ut diviti nasatur filius vel nepos pauper, imo ut ipse dives illico fiat pauper, miser, erummosus, ac moriatur. Vis tota est in eo futurus, et in Hebraea voce Adam, quae significat hominem omnibus miseris, casibus et erummosis subjectum. Unde Vatablus verit, *qua ratione fuit, olim vocatum est nomen ejus*, id est, inquit, *qua ex materia olim factus sit, nomen ejus ostendit*. Adam enim significat quod factus sit ex adama, hoc est, quod sit terrenus a terra. Et Isidorus Clarius: « Cum diu, inquit, per fas et nefas inhaverit homo caducis rebus honoribusque, nomenque ejus per omnem terram propagatum fuerit, tamen in morte notum fiet quod fuerit homo mortalis, nec poterit in iudicium intrare cum Deo fortiore se. »

Hunc esse sensum liquet ex proxime praecedentibus, et ex cap. sequent. vers. 1. Omnia enim haec spectant ad futura tempora, quae sibi assecurare volunt avari. Sed sciant « quoniam homines sunt, » ait David *Psal.* ix, 21; et Isaias, cap. li, 3: « Aegyptus homo est et non deus. » Narrat ex Varone S. Augustinus, lib. XII *De Civitate*. cap. v, capitale fuisse apud Aegyptios dicere Serapidem fuisse hominem, cum tamen sepulcrum ejus et ossa exarent in Aegypto: quia scilicet illum colebant ut deum, negabant ergo hominem fuisse. Tanta est hominum superborum vanitas et amentia! Tales ergo contendunt cum Deo, imo hominem Deo aequare, illique divinitatem, ac rerum futurarum et aeternarum praecognitionem Deo propriam, saepe arrogare satagunt. Similes sunt avari, qui opes suo labori adscribunt, imo debitam sibi locupletem filiorum posteritatem asserere, ac subinde coram Deo impudenter allegare non verentur.

Mystice, S. Hieronymus hanc gnomen accipit de Christo: « Aperte, inquit, de Salvatoris praedicta adventu, quod qui futurus est antequam in corpore cerneretur, jam vocatum est in Scripturis nomen ejus, et cognitum prophetis et sanctis Dei, quia homo sit, et juxta hoc quod

homo est, non possit se conferre cum Patre, et in Evangelio dicat: Qui me misit major me est, Joan. xiv; unde et in consequentibus praecipitur: Ne ultra quam de eo nobis scriptum est requiramus, ne veli homo plus scire quam Scriptura testata est. »

11. VERBA SUNT FLUKIMA, MULTAQUE IN DISPUTANDO HABENTIA VANITATEM. — Hebraea, *multiplicitate vanitatem*. Sic et Septuaginta, Syrus et Arabicus. Thaumaturgus, *quoniam homines rugas exagitant*; Chaldaeus Costi, *sunt certe in hoc saeculo res innumerabiles vanitatis plenissima, quibus operam dare quid compendii homini accidere poterit, utique hoc verissimum esse experimur*. Tigurina, *multae sunt res quae in vanitatem augent* (1).

Aliqui hanc gnomen referunt ad philosophos, ut Platonem, Aristotelem, etc., qui sibi scientiam omnium arrogarunt, omnia natura secreta scrutantes, de omnibus verbosae disputantes, quasi vellet cum Deo omniscientia contendere, eamque sibi subijcere, ideoque evanuerunt in cogitationibus suis, *Roman.* 1. Unde Vatablus verit, *possunt multa philosophorum verba afferri, sed quae nihil quam vanitatem augent*. Ita Dionysius. Alii accipiunt verba obmurmurantium divinae providentiae, quod se pauperes, miseros, infastos effecerit. Ita Hugo. Alii ad curiosos referunt, qui de omnibus volunt disserere et loqui, imo disputare et contendere.

Magis apposite, ut dixi, haec referas ad avaros, qui de suis opibus modisque esse augendi, conservandi, perpetuandi plurima cogitant, loquuntur, disputant. Rursum solent avari, praesertim divites et potentes, solliciti esse de futuris, futuraeque opulencia et posteritate, ideoque, ut ea praesentium, non raro consulunt augures, mathematicos, genealogicos, magos et divinos, qui eos per fictas suas divinationes, verius assentationes, vanis spebus implent, uti Roma ab astrologis etiamnum videmus fieri. Horum ergo vaticinia, conjectationes et divinationes vocat hic « verba plurima nullam habentia vanitatem. » Idem apud Hebraeos erat frequens, qui in Aegypto dogentes, apud quos vigeabat astrologia, hanc ex astris divinandi artem et vanitatem didicerant, aequae ac a Chanaanais et Philistinis vicinis suis. Eos ergo redarguit hic Salomon, aequae ac Jeremias, cap. x, vers. 2, et Isaias, cap. li, vers. 2: « Augures, inquit, habuerunt ut Philistinim. »

Mystice, S. Hieronymus pergit haec accipere de Christo, sicut explicat: « Cum ignoret homo de statu suo, et quecumque videtur scire

(1) Sensus ex hebraeo: Ubi sunt verba multa, ibi multiplicatur vanitas. Quid emolumentum est homini? Quid utilitas homo ex his sermionibus vanis et inanibus capit? Rosenmullerus, nam sunt res multae multiplicantes cantatem, scilicet, praetera quod homo, natura sua fragilis, pendet de superioris se Dei voluntate, est etiam infinitus numerus eorum rerum, quae illius sortem instabilem reddunt.

et cernere, non ut se rei habet veritas, sed per speculum et umbram et imaginem videat, ne futura cognoscat, et per multiloquium non effugiat peccatum, silentium ponat ori suo, et credat eum venisse qui scriptus est, quomodo,

et quantus, et qualis venerit non requirens, a Hebraei hoc loco constituunt dimidium libri; unde ab initio huc usque numerant versus 112, et totidem computant ab hoc loco usque ad finem libri.

CAPUT SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Ex brevitate vita ostendit vacandum esse non vanitati, sed veritati et sapientie, cuius varia dat dogmata, ut sciamus quo in vita eligenda sint, qualia sint audire sana consilia, iram comprimere, bonis suis moderate uti, non plus sapere quam oportet, iustus subvenire, levibus et malelicis sermonibus aurem non probere. Denique, vers. 27, docet prae caeteris cavendum esse a mulieribus, velut a veneno mortifero.

1. Quid necesse est homini majora se querere, cum ignoret quid conducatur sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suae, et tempore quod velut umbra praeterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit? 2. Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa; et dies mortis die natiuitatis. 3. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et vivens cogitat quid futurum sit. 4. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. 5. Cor sapientium, ubi tristitia est, et cor stultorum, ubi laetitia. 6. Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi: 7. quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed et hoc vanitas. 8. Calumnia conturbat sapientem, et perdet robur cordis illius. 9. Melior est finis orationis, quam principium. Melior est patiens arrogante. 10. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit. 11. Ne dicas: Quid putas causae est, quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt? stulta enim est hujusemodi interrogatio. 12. Utilior est sapientia cum divitiis, et magis prodest videntibus solem. 13. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia; hoc autem plus habet eruditio et sapientia, quod vitam tribuant possessori suo. 14. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit. 15. In die bona fructus bonis, et malam diem praecave; sicut enim hanc, sic et illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum iustas querimonias. 16. Haec quoque vidi in diebus vanitatis meae: Justus perit in iustitia sua, et impius multo vivit tempore in malitia sua. 17. Noli esse justus multum: neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas. 18. Ne impie agas multum: et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. 19. Bonum est te sustentare iustum, sed et ab illo ne snorahas manum tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit. 20. Sapientia confortavit sapientem super decem principes civitatis. 21. Non est enim homo justus in terra, qui faciat bonum, et non peccet. 22. Sed et cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accomodes cor tuum: ne forte audias servum tuum maledicentem tibi; 23. scit enim conscientia tua, quia et tu crebro maledixisti aliis. 24. Cuncta tentavi in sapientia. Dixi: Sapienter efficiar: et ipso longius recessit a me, 25. multo magis quam erat: et alta profunditas, quis inveniet eam? 26. Lustravi universa animo meo, ut scirem, et considerarem, et quarerem sapientiam et rationem: et ut cognoscerem impietatem stulti et errorem impudentium: 27. et inveni amariorem morte mulierem, quae laqueus venatorum est, et sagena cor ejus, vincula sunt manus illius; qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. 28. Ecce hoc inveni, dixit Ecclesiastes, unum et alterum, ut invenirem rationem, 29. quam adhuc querit anima mea, et non inveni. Virum de mille unum reperi, mulie-

rem ex omnibus non inveni. 30. Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quaestionibus. Quis talis ut sapiens est? et quis cognovit solutionem verbi?

1. Quid necesse est homini majora se querere, cum ignoret quid conducatur sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suae, et tempore, quod velut umbra praeterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit? — Hebraea: *Quid Adam*, id est, *homini est residuum?* Auctor *Catech. Graec.*: *Docet, inquit, omnia quae in hoc mundo sunt, esse vana, neque aliud quam umbram, atque universa post mortem caeca oblivione obscuranda, et conspicienda fore* (1).

Pro majora hebraice est *יָתֵר* *iother*, quod idem est cum *יתרון*, de quo dixi cap. 1, vers. 3, ac proprie significat *residuum*, id quod superest et superfluum, item *amplius*, *praestant*, *eximium*. Crebro iterat hanc vocem Ecclesiastes, ut rerum singularum vanitatem ostendat, ex eo quod fugaces sint et evanidae, nullaque sit, quae post se relinquat *יתרון*, id est residuum quid, sed omnia instar vaporis, umbrae et somni illico praeterant, diffidentur et evanescent. Hinc *primo*, aliqui per majora accipiunt *aliena*, *q. d.* Cura tua, non aliena: haec enim, quia ad te non pertinent, te supergrediuntur, tuoque statu et cura sunt majora; *secundo*, alii: *Majora*, inquit, sunt quae tuum captum et vires transcendunt, qualia sunt curiosa, subtilia, sublimia, quae ad virtutem et beatitudinem nos non juvant, juxta illud *Ecclesi. m. 22*: « *Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecipit tibi Deus, illa cogita semper.* » Unde illud Ptolomaei in *Prefat. Almagesti*: « *Qui scientiam suam ultra astutiam, quae in ipso est, extendit, est sicut pastor debilis cum multis ovibus; tertio et genuine, majora accipere futurae* » haec enim *iother*, id est homini post mortem residua, item superflua, quae multa, ampla et magnifica avarus corrige non cessat, *q. d.* Noli, o avarus, in futuras aetates curas tuas extendere, ut opes familiarumque tuam stabilias, ampliamque et splendidiorem efficias per multa saecula, itaque illam quasi aeternam. Haec enim majora te sunt. Sufficiat tibi per vitam comparare necessaria ad victum et vestitum, futurorumque curam Deo et posteris relinque, ac dicito:

Maneat nostrus ea cura nepotes.

Quid hic, miser, opes, praedia, status, dignita-

(1) *Nam quis scit, vix unus scit, quid sit bonum homini in hoc vita, quid facto nihil sit, numero dierum vitae vanitatis suae, id est vite suae evanida, et quo dies facti, transigit* (conf. Ciceroem *ad Atticum*, V, xx: « *Apameae quinque dies morati locum decem fecimus* ») *ut umbram? Quippe quis indicabit homini, quid futurum sit post eum sub sole?* id est, si qua in praesens facere expedit, scit nemo, multo minus venturabit, quid deinceps sit futurum.

tes, beneficia, officia coecervas, quasi hic perpetuo victurus, cum brevi sis moriturus, et haec omnia terre relicturus? Quid hic magna spectas? exiguum est quod hic cernis. Quid longa speras? breve est quidquid hic vides: aeterna cogita. Ita Thaumaturgus. Spectant enim haec admirans avari curas et sollicitudines de futuris, uti dixi in fine capituli praecedentis. Unde Hebraea, Chaldaeus, et Pagninus hanc gnomen illi attaxunt; caput vero septimum inchoant a versu 2, ibique pariter ordiuntur tertium libri sectionem. Melius tamen Latini et Graeci ex hac gnome ordiuntur caput VII, quia ipsa est commoda transitio et nexu capituli praecedentis cum septimo. Generatim enim ostendit homini non esse ambienda majora et futura, sed honeste et modeste utendum praesentibus, quantum vite brevitatis requirit, ita ut post se honestatis et virtutis nomen ad aliorum exemplum relinquant. Unde subdit, *melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa*. Ita S. Hieronymus.

Sapienter S. Ephrem, tractatu *De Paupertate*, post medium: « *Vanitas*, inquit, rerum humanarum est heres, quoniam ipsius est distractio et occupatio varia. Filium genuit distractionem avaritiae et voluptatis, atque luxuria et ambitio; benevolamque se praebet matri supra vires. Vinea serpentis astutiam, et benevolentiam serva Domino. Sume ea quae vanitatis sunt, et tribue illa Deo, ut tu tuorum evadas heres in futuro saeculo. Facultates tuas atque pecunias Deo appone, et vanitas hereditatis depulsa erit. »

Thaumaturgus secutus Olympiodorus et alii haec referunt ad astrologos et divinos, qui ex astris similibusque rebus conantur conjectare futura, quos saepe avari et potentes, qui magna ambiunt, consulunt, et iusto Dei iudicio illorum adulatione decipiuntur, dum mendacia et falsa opum et honorum oracula ab eis accipiunt. « *Quam multa*, ait Cicero, lib. II *De Divinatione*, ego Pompeio, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Caesari a Chaldaeis dieta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum, ut mihi peritum videatur quemquam exstare, qui etiamnum erodit iis quorum predicta quodlibet videtur et evenit refelli. » Nam Pompeius victus a Caesare, fugiens in Aegyptum, coram usore et filiis misere a servo occisus est; Crassus apud Charras a Parthis interceptus; Caesar in Curia a suis maculatus. Vere Aticus in *Astignante*:

Nihil credo auguribus, qui aures vobis dicitant
Alienas, suas ut auro locupletent domos.

Idcirco hanc gnomen ponit Salomon, ut carpat avari curiositatem, avaritiam et inconstantiam.